



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Iacobi Bidermani E Societate Iesv Vbaldinus Sive De Vita
& Indole Antonii Mariæ Vbaldini Vrbinatis, Monteaë
Comitis, Breviarivm**

Bidermann, Jakob

Fribvrgi Brisgoiae, 1663

Vnctio extrema. 69

urn:nbn:de:hbz:466:1-44891

culo immissus, qui morientis imaginem furtim pingeret; atq; à fratre seu nolente, seu nesciente, id fratri superstiti referret monumentum.

LXIX. Vnctio extrema.

A Gritudine in dies horasque augente, procubuerit ad extremum vires, & quicquid residuum vitæ naturæque erat, defluxit. Properantur ergo vitima remedium: & Antonius ex Christiano ritu inungitur; ut in luctu fatali, cum hoste iam ante toties victo, supremum congregiatur. In eo apparatu, quantum corpori languoris, tantum ex animo robur suppetebat. Ad omnia æger per se, quæ conuenerat, respondere; piè ut quidq; à Sacerdote inchoabatur, concludere. Post repetito comple-

xu affectuque crucem Christi ambire; iterum oculis, iterum osculis admouere; neque pati, illam dein' è conspectu, quò quã abire: Deum interim, qui ex ea pependerit, precatus; ne animũ, quam è nihilo procreatum, sanguine suo mox etiam recreasset, ceu alienum abdicaret. Excipit fessum Seminarij Rector, suãque illi & reliquorum, qui præsentes aderant, causam, si celo potiatur, commendat. Cui suauiter ille, si vestris, inquit, opibus illuc euasero, (nam meis haud nimium confido) effecturum, quod iubebitis, ne dubitate; vos interea hanc omnem iniuriam meam, vobis imputabitis, si pares vestris officijs gratias, moriturus, non soluo. Tot enim tua Rectoris, tot vestra ceterorum,

rum,
si me
tum.

LX

A

ostent
cape

renti

intel

teri i

temp

med

dior

lupta

enti

diũ

crept

ualu

lijs, c

inter

tus,

rum, merita fuerunt, vt vniuer-
si me hodie mori cogatis ingra-
tum.

LXX. *Quies in meditando.*

AB hoc colloquio fessus An-
tonius volenti sibi facturos,
ostendit; si paullisper egressi,
capere se quietis aliquid pate-
rentur. At quietem ille non eam
intelligebat, quam de sopore ce-
teri interpretabantur. Nam ex-
templò, vt solum esse se vidit, ad
meditationem caelestium gau-
diorum diuertit; atque illa vo-
luptatemersus, sensum ab irru-
enti dolore immunem aliquan-
diù seruauit; donec appetente
crepusculo, morbus pertinax in-
ualuit; Quare Patrum alij ex a-
lijs, deinceps subiere; qui partiri
inter se vigilias, ad omnes euen-
tus, præstò in statione essent;

G Horum